# X

Antoninus pius. sicut scribit Iulius Capitolinus — *Capitulum quintum*
natus est tertiadecima die decembris in uilla lanuina. cu-
ius maiores fuerunt de gallia transalpina. pater eius
fuit fuluius aurelius homo castus et constans. auus titus
aurelius qui per diuersos honores adscendit consulatum et prefec-
turam peruenit urbis. Mater annia fadilla. uxor annia fa-
ustina. auus maternus antoninus bis consul et homo sanctus. An-
toninus pius pueritiam duxit cum auo paterno, deinde cum
auo materno, omnes suos religiose colens. unde acceptis mu-
ltis hereditatibus factus est diues. Antoninus autem fuit vir inge- — *Virtutes nobiles antonini*
nio clarus, moribus et clementia nobilis, forma spectabilis, vu-
ltu placidus, ingenio singularis, eloquentie lucide, litterature
maxime, sobrius, diligens, humilis, abstinens alieni, largus
sui. et omnia hec erant in Antonino cum mensura, et sine iacta-
ntia, in omnibus laudabilis fuit. Antoninus autem vocatus est pius a se- — *Quare vocatus est pius*
natu, uel quia eos quos adrianus mandauerat occidi, ipse reser-
uauit. uel quia adriano contra omnium uoluntates maximos et
infinitos honores decreuit. uel quia magna et diligenti cu-
stodia adrianum saluauit, cum se occidere uellet, uel quod uerius
est, quia antoninus natura clementissimus, nichil temporibus suis
asperum fecit. Antoninus in omni uita sua priuatam uitam duxit
in campis. sed in omnibus locis gloriosus fuit. Antoninus factus imperator
nullum officialem Adriani mutauit. fuit enim tante constan-
tie, quod per septem et nouem annos prefectos in prouinciis dimisit. An-
toninus per legatos suos plurima bella gessit. procuratoribus
suis mandauit ut temperate tributa reciperent. libenter
audiuit conquerentes de procuratoribus suis. Antoninus impera-
torium cultum ad summam ciuilitatem reduxit. Senatum tantum
honorauit imperator quantum ipse priuatus desiderauit ab alio
principe honorari. Nomen patris patrie tarde et cum magna gr-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_926/0685
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG